

(3)(9)

# Cum JESU Omnia!

LECTORI PIO

S. P. D.

## J. N. QVISTORPIUS, D.



Si Scripturæ S. profunditates rimantur, in qvovis Scripturæ loco, & in qvavis voce latitatem inveniunt thesaurum. Verè Scriptura S. thesaurus absconditus est in agro, qvem repertum homo abscondit, & prægaudio qvod habet super eo, abit, & omnia que cunque habet, vendit, ac mercatur agrum illum, inquit Salvator noster Matth. XIII. v. 44. Qui sterile judicat vel minimum Scripturæ vocabulum, ille certè ignorat divini eloqvi abundantes divitias. Ingenii pauperis, & cognitione rerum Theologicarum destitutus est, sapientiam divinam vel in ulla Scripturæ voce, nedum phrasī, desiderare. Ita loquitur Haffniensis Theologus celeberrimus D. MASIUS, Affinis ac in Christo Frater N. Colendus, in præfatione Disputat: De Pallio Pauli. Ab ignaris rerum Botanicarum sœpe pedibus conculcantur herbæ, qvæ capiti prosunt, qvasque sollicita manu Medea colligeret, balnio longævitatis inferendas; & fieri facile potest, ut Styli scripturæ imperiti sterilitatis accusent vocem, qvæ fœcunda Doctrinæ semina spargit non occultanda, sed ut incomparabile bonum communica. Utitur qvidem Servator N. dulcissimus in loc. sup. cit. verbo ἔχει ψεudocœlum occurravit, abscondit sc. inventum, ac proinde ipsi detectum rursus ingesta terra obtexit, ne quis ipsum re patefactâ anteverteret; minime autem verbum ἔχει ψεudocœlum significat, veritatem aut alia DEI dona esse aliis celanda, ut iis soli in sinu fruamur, & pericula subterfugiamus, qvod damnatur apertis verbis in Talentorum parabolâ, & tum Zelo gloriæ DEI, tum charitati in coeteros, perpetuis fidei veræ comitibus, ex diametro repugnat. Sed declarat hoc unum Christus Doctor N. unicus, invento Evangelicæ gratiæ thesauro, summo studio dandam operam, postpositis coeteris sine exceptione rebus, & vitatis omnibus, qvæ nos obturbare, vel tanto bono privare possunt, impedimentis, ut eō potiamur, ut rectè notat Beza ad h. l. Et ut eleganter Grotius ad verba: πάντας οὐκ εἰχει, τολμαί. Significat nimicum studium gloriæ, divitarum, & voluptatis abjiciendum, & si pressura ingruat, omnia, etiam vitam, esse abdicandam, ut verbum salutare sit non usu tantum temporario, sed jure mancipii nostrum, h. e. ut in ejus verbi

XII

obe-